Quelle:
Copyright:



posse absolvi. (d) Verum appropinquante ter-
mino pro celebranda Synodo praefinito praefato
Domino nostro Episcopo arduis occurrentibus ne-
gotiis, nedum Sacrum romanum imperium et
rempublicam, imo etiam Sacrosanctam Roma-
nam Ecclesiam, et fidem catholicam tangenti-
bus legitime /: legitima :/ impeditione salus
populi sui aliquatenus negligeretur; nobis li-
cet immeritis per alias suas literas patentes
dedit potestatem in Pataviensi synodo praesi-
dendi prout haec omnia, et singula in praefa-
tis literis convocatoriis debitae executionis, et
mandati ad praesidendum publicatis, in Syno-
do et per notarios Synodales ac duatis /: actu-
atis :/ plenius continetur. Nos hujusmodi man-
datum, licet grave humeris nostris imposi-
tum, reverenter exequi cupientes de jurispe-
ritorum concilio invocata S. Spiritus gratia
singulis diebus Missis, et aliis divinis officiis
congregati Synodaliter cum copiosa multi-
tudine Dominorum de capitulo Pataviensis Ec-
clesiae, ac Praelatorum, Archidiaconorum, De-
canorum, Rectorum Ecclesiarum parochialium,
et procuratorum eorundem, ac cleri civitatis
et Dioecesis eorundem in vim executionis, et
publicationis Statutorum Provinciae Saltzbur-
gensis procedentes, praefata statuta una cum
Sancta Synodo antedicta publicamus et publica-
ri fecimus, recepimus, et recipi fecimus per cle-
rum et populos praedictos: Salvis tamen prote-
stationibus, et limitationibus inferius descrip-
tis, adjicientes nonnullas ordinationes, provi-
siones et statuta pro visitationis officio et exe-
cutione Statutorum praedictorum, provincialia
necessaria et optima; volentes insuper consu-
lere conscientiis timoratis nonnullas etiam
constitutiones generalis constantiensis conci-
lii praedicti una cum praefata Synodo publicamus
et publicari fecimus etiam inferius anotatas,

(d) Erat Georgius Imperatoris Cancellarius. Hansiz: l. c.